

licentia ad se vocandi familiares suos et medicum pro sui corporis cura convocandi^a, omnia plene illi suppeditata et suis, [ex^b] percussionibus sine merore sinistri eventus intra paucos dies defecit. In omnibus magnifice funus celebratum est ei Canis impensa, ita ut omnes probarint. Coniurati qui capti fuerunt turpi nece damnati^c. Consiliorum proditor multo agro donatus est, et eius genitus obses apud Paduanos datus pro aliis captivis permutatus est ac patri restitutus. Porro Canis apud Venetos pacis sponsores de pace violata egit querelam; qui Paduani inficiabantur^d se pacem violasse nec conscios eius rei fuisse, verum eorum stipendiarios et exules eorum rem eam confecisse preter^e eorum consensum. Obtulerunt inde se quantitatem pecunie dare Cani pro huius rei satisfactione^f ac pro captivis restituendis. Ea respexit Canis. Capita deinde singulorum captivorum extimari fecit, mox cuique potestatem redimendi se dedit. Fere omnes captivi per soluto censu incolumes abierunt. Tum Ugutionem cum plena potestate Vicentie prefecit.

De oppressione Cremonae.

Hiis peractis cum Mantuanis, Parmensibus et cum omnibus civitatibus Lombardie numero XI, que capitaneo Mediolani parebant, Cremonam cinxit exercitu, diu machinis virorum^g oppugnata, a civibus est defensa. Cum Padus amnis tum intumuisset^h, opera Cremonensium clam agerⁱ est scisus^k. Amnis aque affatim^l per eas regiones effusa loca inhundarunt, ubi exercitus obsidentium castra tenebant^k. Et recoacti sunt domos abire. Soluta est obsidio, Cremona suma^k rerum egestate opressa^k mansit, armis invicta; preter duo castella cetera alia urbi erant infesta, que ab exulibus tenebantur. Fuit autem hec res anno Domini MCCCXVII^o mense Octubris^m.

a) 'convocavit. Omnia' Hs.; die Uebers. lässt den Wortlaut des lateinischen Textes nicht erkennen. b) 'sine' Hs., ich glaube, dass dies wegen dem folgenden 'sine' geschrieben ist, vielleicht stand 'tamen ex' da; 'Ma per le ferite' Uebers. c) 'danati' Hs. d) 'inficiabantur' Hs. e) 'pp' Hs.; 'sença sua saputa' Uebers. f) 'satisfatione' Hs. g) Das Wort ist natürlich verdorben oder etwas davor ausgefallen; 'et combata per longo spatio com mangani et balestre' Uebers., danach könnte man vermuten 'machinis manganorum et balestrarum'. h) Folgt noch einmal 'tum' in der Hs. i) So Hs., d. i. 'agger'. k) So Hs. l) 'affati' Hs. m) 'octubris' Hs.